

gurgitationes repetentes, venerem immoderatè foventes, otid se delectantes, facilè sibi hoc contrahunt malum, docente Galeno 6. apb. 28. Undè & Dea μισόπληχος, quòd pauperes rarò infestet, nominatur.

## CAPUT II

### definitionem formalemque rationem enucleat.

**R**æmissis itaque illis, quæ vocis origini debemus, conferimus nos ad ejus definitionem & rationem formalem: **PODAGRA** est dolor partium nervosarum & membranosarum in pedibus, ex imbecillitate eorundem à ferofi, acris & ♁ rei humoris influxu ἀθρόως factò, continuum solvente, ortus.

**GENUS**, quod rationem formalem exprimit, est **DOLOR**.

**DOLOR** est res præter naturam, non morbus, sed symptoma. Νῆσθ' ἔκ' ἔστιν, ἔ' γάρ' ἔστι Διάθεσις ὡρῆς Φύσιν, ἐνεργείας ἐμποδιστικὴ πρῶτως, ἀλλ' ἔστι τῆς νόσος ἐπιγένημα. *Non lædit actionem primò, sed sequitur morbum.* Et cum tria sint symptomatum genera, ad nullum aliud referri potest, quàm τῶν ἐνεργειῶν βλαπτομένων, *actionum læsarum.*

**Actio** autem læsa non est ablata, nec diminuta, sed depravata & quidem sensum **TACTUS**.

Αἰσθησίς ἔστιν ἀνίαρῶν, *tristis est sensatio*, ita appellata à Galeno 1. de causis symptomat. cap. 6. Molesta & injucunda verè est, & depravata. Non consistit simpliciter in ablatione ejus, quod natura intendit ponere, sed quod sensatio terminum suum non producit prout in fieri, aut factò esse producere debebat. Per hoc, quod producit terminum, differt ab actione abolitâ: per hoc, quod terminus non sit debitus in fieri, differt ab actione diminutâ, cujus terminus similis est ei, qualis in fieri esse debebat: per hoc, quod producat terminum, non omninò debitum in factò esse, differt à sensatione naturali.

**AD TACTUM** inprimis refertur depravata hæc sensatio. ἡδεσθαι καὶ ἀλγεῖν ἀπάσαις μὲν ἐγγίνεται ταῖς αἰσθήσεσιν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῆς ἀφῆς τε καὶ γένσεως. *Delectatio & dolor omnibus insunt*